

ROCESVVM iudiciarium tractaturus, necessario prius à Iudicii descriptione initium sumendum esse existimavi, ne alioqui omissis initiis, illoris (vt ita dicam) manibus protinus materia iudiciariam tractare videar, iuxta l. i. D. de orig. iur. Omnis namque, vt inquit M. Tullius Cicero lib. 2. Offic. quæ à ratione suscipitur de re aliqua institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit, de quo disputatur. Iudicium ¶ igitur, secundum Azonem, est legitimus actus, in quo tres personæ primariæ intercedunt, Iudex, Actor & Reus, *inter litigantes, D. de iud. c. forus, cum glo. ext. de verb. signif.* Sigismund. Scaccia in tract. *causar. civil. & criminal. cap. 2. nu. 5.* Necessario enim hæ personæ in omni Iudicio intercedunt, vere, vel saltem fide, vt in Iudicio inquisitionis & simili, in quo fama præcedens præsentat actorem, *c. qualiter & quando, ext. de accusat. c. licet Hely, de simon ibi, fama deferente vel denunciante clamore, gloss. verbi, quatuor. in c. 4. q. 4.* Iudicium autem multæ ac variæ sunt significationes. Azon ¶ in *summa C. de iudic.* quatuor Iudicii significationes annotauit, & dicit, quod quandoque sumatur pro discretionem, l. cum prætor, §. non autem, D. de iudic. nam dicitur papillus vel furiosus non habere animi Iudicium, id est, discretionem, quandoque pro actione, vt dicimus de Iudicio familiæ eriscundæ, §. si familiæ, Inst. de offic. iud. l. i. D. commun. diuid. l. scilicet eius, §. familiæ & heredes. & §. item si plures, D. famil. erisc. quandoque pro sententia *cap. personas, de appellat.* Vnde & dicitur rei iudicatæ parendum, l. i. C. de re iud. quarto & ultimo sumitur pro instantia vel ordinatione causæ, l. prope-randum, §. 1. ibi, ab observatione iudicii, C. de iudic. Maranta ¶ vero in *suo specul. part. 1.* plures modos huius prioribus superaddit: præter istos enim modos ipsi Iudicium accipitur pro ipso actu trium personarum, videlicet Iudicis, Actoris & Rei, & ita sumitur D. & C. & ext. de iudic. Deinde accipitur Iudicium pro ipso iuris ordine, vt est text. in *c. sicut sine iudicio 1. q. 1.* Item ponitur Iudicium pro condemnatione, *c. iustorem, de consecrat. distinct. 2.* quandoque sumitur pro vltima voluntate, vt est text. & ibi glo. in *c. licet. in fin. in vers. iudicare, de sepult. in 6.* Sumitur etiam interdum Iudicium pro opinione seu credulitate alicuius, vt dicimus in teste deponente de suo Iudicio, quæ depositio in iure improbata est. Angel. in *repetit. l. sciendum, col. 2. de verb. oblig.* ponitur quoque Iudicium pro iurisdictione, l. 2. §. fin. & ibi not. D. de iudic. Item Iudicium accipitur pro deliberatione & examinatione, *c. 2. in fin. distinct. 9.* Quandoque Iudicium ponitur pro auctoritate, *can. nulla, distinct. 62.* Item Iudicium accipitur pro arbitrio boni viri, secundum Abb. in *cap. cum autem, de iur. patronat.* Vltimo ponitur Iudicium pro Iudicio diuino vniuersali, quod erit in fine seculi. Has ¶ significationes omnes Herman. Vultei in suo processu iudiciario nondum typis excuso *cap. 1. lib. 1.* ita distinguit, vt Iudicium sit in homine vel extra hominem. In homine ipso Iudicium accipitur bifariam: Vno modo pro discretionem, siue illa animæ seu mentis facultate, quares & negotia in genere humano à se inuit-

cem distinguuntur, siue id fiat simpliciter in rerum notionibus, siue fiat coniunctim, siue compositè, coniungendo, aut disiungendo. Altero modo pro opinione siue credulitate hominis, vt dictum est supra de teste de suo ipsius Iudicio deponente. Extra hominem Iudicium accipitur in causis contentiosis, vel extra causas contentiosas. Extra negotia contentiosa accipitur pro hominis voluntate, & quidem potissimum pro vltima, quomodo Imper. Constantinus in l. i. C. de SS. Eccles. ait, Iudicia decedentium non debere esse elusoria, & Paul. in l. 4. D. de confirm. tut. & curat. vult, patroni vel cuiusvis extranei, impuberi heredi instituto tutorem dantis Iudicium esse sequendum. In negotiis contentiosis accipitur primo pro actione, deinde pro ipsa instantia siue actione, per quam quis contra aduersarium suum, id quod sibi debetur, coram Iudice persequitur, item pro Iurisdictione, vt supra dictum est. Sumitur etiam pro loco, in quo hoc Iudicium, id est, actus ille siue instantia exercetur, *c. qualiter & quando, de iudic.* appellatione collata ab eo, quod fit ad id, vbi fit, *arg. d. l. pen. D. de iust. & iur.* eaque ratione dicitur quis in Iudicio comparere, *c. 1. de iudic. in 6. & iudicio listi, toto tit. D. si quis caution. iudic. listi.* quomodo etiam lingua Germanica, das Gericht, accipitur interdum pro ipsa instantia, interdum pro loco, in quo exercetur; in causis criminalibus etiam pro eo loco, in quo sententiæ aduersus condemnatos latæ executioni mandantur.

Iudicia ¶ distribuuntur secundum Vultei d. 5. cap. 1. ex causa efficiente, materiali, formali & finali. Ex ¶ causa efficiente Iudicium aliud est seculare, 6 aliud ecclesiasticum. Iudicium ¶ seculare est illud, 7 quod coram iudice seculari ventilatur. Ecclesiasticum ¶ vero, quod coram iudice ecclesiastico in iudicium deducitur. Marant. in *spec. par. 4. distinct. 11.* Vtrumque hoc iudicium, tam ecclesiasticum, quam seculare, tribus modis subdiuiditur. Herman. Vult. in *d. suo process. cap. 2.* Vno, vt ¶ aliud iudicium sit com- 9 petens, aliud incompetens, quæ apud Marantam est distinctio octaua, vbi ¶ iudicium competens 10 definit, quod coram iudice competente; incompetens vero, quod coram iudice incompetente ventilatur. Altero, vt ¶ iudicium aliud sit ordinarium, 11 aliud prorogatum, quæ apud Marantam distinctio duodecima est. Ordinarium autem ¶ iudicium hoc 12 loci Vultei d. cap. 2. non intelligit id, in quo iuris ordine seruato proceditur, sed quod tractatur coram Iudice ordinario, qui tantum iure suo, non alieno beneficio iurisdictionem habet. Iudicium prorogatum ¶ est, quando causâ coram iudice non 13 suo, sed coram iudice incompetente consensu litigatorum tractatur. Tertio, vt ¶ aliud sit ordinarium, aliud delegatum, quæ apud Marantam in ordine est distinctio quinta. Ordinarium quid sit modo dictum est, & de eo agit totus titulus Decretal. de offic. ordinar. Delegatum ¶ est, quod coram iudice 15 delegato ventilatur, de quo tot. tit. Decretal. de offic. deleg. & Digestorum, de eo cui mandat. est iuris. Delegatum ¶ autem iterum subdiuiditur, vt aliud sit de- 16 legatum simpliciter, aliud subdelegatum.

Ex causa ¶ materiali Iudicium aliud est spiritua- 17
le, a-